

Guy de Tulle, précepteur des Templiers d'Aquitaine, reçoit Guillaume Asselin comme homme du Temple de Lande Blanche

Copie du XV^e siècle, non scellée (Archives de la Vienne, H 3, liasse 398),
citéé dans : [les Templiers et les Croisades - l'Histoire de l'Ordre du Temple de sa création à sa chute.](#)

Mai 1222

*Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis frater Guido de Tullo,
domorum milicie Templi in Aquitania preceptor humilis, salutem in Domino.*

*Noveritis quod nos, de assensu et consilio fratrum nostrorum, fratris Stephani preceptoris de Codria, fratris
Hamelini preceptoris de Landa Alba et plurium aliorum, recepimus in custodia et defensione domus nostre
Guillelmum Acelini, cum omnibus rebus ad ipsum pertinentibus, ab omni servicio et costuma liberum et
immunem ; ita tamen quod domui nostre de Landa Alba annuatim tenetur reddere quatuor solidos censuales
monete currentis, apud Lesessars ad festum Sanctorum Omnium persolvendos.*

*Si autem dictus G. unicum habuerit heredem vel plures, unicus heres, qui a patre emancipatus fuerit, patre
vivente dicte domui tenetur reddere annuatim III solidos censuales, patre mortuo quatuor ; si autem plures
fuerint heredes, quilibet illorum emancipatus III solidos census simili modo, sive patre vivente, sive mortuo,
dicte domui tantum modo persolvere tenetur ; in obitu autem dicti G. vel uxoris sue vel alicujus heredum
emancipatorum, quicumque sit ille, vel eciam uxor heredum, in obcione succendentis mortuo erit ut reddat pro
mortagio dicte domui nostre XXX solidos aut de mobilibus ipso mortuo remanentibus percipiet dicta domus juxta
consuetudinem nostrorum hominum anorum¹.*

*Et sub dicta forma dictum Guillelmum in hominem recepimus, et in hujus rei testimonium eidem contulimus
nostras litteras, sigilli nostri munimine sigillatas.*

Actum apud Landam Albam, anno Domini M° CC° XXII, mense maii.



¹ Une Bulle du pape Honorius III du 21 décembre 1216 (dat. Rome, apud Sanctum Petrum, XII kal. januarii, pontificatus nostri anno primo) fait défense à tous prêtres et clercs de s'attribuer une part du droit appartenant aux chevaliers du Temple sur la succession de leurs sujets, droit qui était du tiers quand ceux-ci laissaient des héritiers, et de la moitié quand ils ne laissaient ni héritiers ni femme.